

Si Statutum aliquod existeret circa Instrumenta, non conferetur voluisse extendere ad testes. f. 345 n. 38. Neque etiam ad scripturas privatas. n. 361. Scriptura in Archivo asservata est Scriptura Publica, licet non Instrumentum publicum, quia non confectum à Notario. n. 362.

Ad valorem Instrumenti Publici requiritur. 1. Ut Negotium sit à Notario integrè descriptum, & in materia licita, ut impugnari validè non possit. f. 346. n. 364. 2. Requiritur, ut Notarius ad id faciendum rogatus fuerit, illudque confecerit intra Jurisdictionem illius à quo creatus est, & in causa, in qua habet potestatem. n. 365. Si extra territorium factum esset, extra non probaret, bene tamen intra territorium. nu. 366. 3. De consuetudine requiritur Invocatio Divini Nominis, & in terris Ecclesie Invenio Summi Pontificis: in Imperio nomen Imperatoris. f. 347. n. 369.

Requiritur 4. Ut addatur dies celebrati actus: quodsi tantum numerus diei ponatur, etiam mensis exprimendus. nu. 370. Quomodo & qualem errorem corrigere possit Notarius, vide n. 371.

Instrumentum inferendum est locus celebrati negotij. f. 347. n. 373.

Notarius rogatus per se debet Instrumentum componere. Si sit impeditus, auctoritate Judicis, consentientibus Partibus, ab alio perfici potest, ut tamen ipse subscribat. A se compositum potest alteri describendum committere, modo subscribat, & sigillum apponat, & moneat, ab alio scriptum esse. f. 348. n. 374.

Valet Instrumentum compositum ab uno contractuentium, & à Notario descriptum, & in publicam formam redactum. n. 376.

Ut plene probet, omittenda sunt literarum contractiones, abbreviationes, termini valde ambigui, & obscuri, loco Zifferarum integris vocabulis numerus rectius exprimitur. n. 377.

Quando Scriptura est de substantia negotij, postquam confecta est, prælegenda est partibus & testibus, ut saltem tacite approbetur. In alijs hoc non est necesse. n. 379. & seq.

Instrumento inferenda nomina testium. f. 349. n. 381.

Quando Actus non pendet à voluntate hominis, sed à Natura, vel casu, Notarius est rogatus non conficiat instrumentum nisi interveniente Judicis auctoritate. f. 349. n. 385. Idem dicendum, si cederet Instrumentum in favorem Notarij. nu. 386.

Si ex instrumentum non constet, an Notarius fuerit rogatus, præsumitur rogatus. n. 388.

Ex consuetudine, absque Sigillo instrumentum est suspectum, nec plene probat. n. 389.

Instrumentum Publicum facit plenam, seu probatam probationem, & Juris præsumptionem donec contrarium probetur. f. 350. n. 390. & præva-

let alijs præsumptionibus in oppositum. eod. Et quidem etiam in illis causis, in quibus alioquin plures quam duo testes requirerentur, nisi contrarium expresse statutum esset. n. 391.

Instrumentum habens subscriptos plures testes, non propterea plus probat, quam habens subscriptos pauciores. n. 394. Neque ut probet requiritur productio Protocolli. f. 351. n. 395. Plura vide, *Protocolium*.

Quando de viribus Instrumenti dubitatur, cogitur Notarius edere Protocolium. f. 353. nu. 406. Plura vide, *Transumpta*.

Instrumentum authenticum, simpliciter mentionem faciens alicujus qualitatis habitantis personas ad sic contrahendum, vel ad actum sic celebrandum, non referendo se ad aliam scripturam, plene probat illam qualitatem adversus eum, qui præfens illum actum celebravit, damnodo potuerit interesse, quando Notarius fuit rogatus. f. 356. n. 425.

Adversatio excipiente contra Instrumentum ex defectu Notarij, debet producens probare talem fuisse Notarium, nisi scripturæ antiquitas excederet hominum memoriam. f. 357. n. 426.

Quando Notarius vult errorem in Instrumento commissum ex intervallo emendare, debet intervenire Judicis auctoritas, nisi error esset Grammaticalis. n. 429.

Ut per testes probetur, errorem à Notario in instrumentum commissum esse, ne instrumentum inde infirmetur, tot testes sunt necessarii, quot ad ipsum actum celebrandum erant necessarii, & ad eum probandum. n. 430.

Ob errorem per lituram correctum, non possit Instrumentum impugnari quasi vitiosum in substantialibus: sicut possit, si quid in margine adscriptum esset. n. 431.

Apostilla, seu emendatio facta in instrumentum, non subscripta attestazione præsumetur facta ex intervallo. n. 432.

Ob suspensionem de falso, potest impugnari Instrumentum ex varijs indicijs, quæ referuntur. fol. 358. n. 433.

Corruptio Sigilli Notarij, ubi non est de substantia, non vitiat instrumentum. n. 434.

Alleganti, Instrumentum continere aliquam falsitatem, incumbit onus probandi. Quod sufficienter fuerit probando, aliquos ex adscriptis testibus non interfuisse. n. 435. & seq.

Si unus ex testibus necessarijs contradiceret Instrumento, non quidem omnino argueretur de falso, sed tamen vacillaret fides instrumenti. f. 359. n. 439. possitque juvari alijs adminiculis. Imò si accederet testimonium Notarij, probaret plene in rebus non magni præjudicij. n. 440.

Instru-

Instrumentum potest reprobari per duos testes omni exceptione majores non Instrumentarios. n. 441. nisi testes in instrumento nominati essent examinati, & pro instrumento pari fide deponerent. eod. Vel nisi instrumentum juvaret alijs adminiculis. f. 360. n. 446.

Præsumptiones duæ contra famam Notarij specti, sufficerent, ut Instrumento non crederetur. n. 447.

Probatà falsitate in una parte instrumenti, totum vitatur, si dolo Notarij commissa probetur. 448.

Si producens conficiens doli fuit, potest quidem ut falsarius puniri, non prohibetur tamen uti alijs probationibus suæ intentionis. n. 450.

Plura vide, *Archivum, Libri Officialium, Ecclesiarum, Mercatorum, Apoche, Chirographum, Epistola, Rationes, Scripturæ sigillate*.

De Instrumentorum edendorum obligatione vide: Editio.

Tomo 6.

Conficiens instrumentum falsum, punitur poenâ ordinatâ falsi, qui utitur, mitiore. f. 100. num. 186.

In utente instrumento falso circa factum proprium, præsumitur falsi scientia, non item circa factum alienum. n. 188.

Intextura.

Vide, *Accessio*.

Inventarij Beneficium.

Tomo 2.

Inventarij beneficium plenius consulitur heredi, quam beneficio deliberandi: quomodo autem sit conficiendum, refertur ex lege 22. C. de Jure deliber. f. 149. n. 648.

Commoda Inventarij sunt hæc. 1. Aditâ hereditate cum inventario ritè confecto, (nec petito Beneficio deliberandi) non tenetur hæres ultra vires hereditatis. 2. Si solutis debitis & Legatis non superesset quarta pars bonorum defuncti, potest à Legatis detrahi Falcidia. 3. Ignoranti quantitate debitorum, licitum est solvere creditoribus primo comparentibus primo loco, nec potest à sequentibus inquietari, etiamsi gaudeant jure prælationis, quibus proinde solum conceditur actio adversus legatarios, nempe actio hypothecaria, aut condicção indebiti. 4. Hæres deducit impensas funeris, insinuationis testamenti, confectiois inventarij, & alios necessarios sumptus factos, ut de reliquo primo satisfaciatur creditoribus & legatarijs salvâ Falcidiâ. 5. Si ipse hæres fuit creditor defuncti, actiones quas habuit, non confunduntur cum hereditarijs bonis, sed se gerit, ut alij creditores, duplicem personam sustinens. Unde & sumptus in defuncti infirmi curam factos deducit. f. 151. nu. 649. ubi refertur, quid Jusè Bavarico observetur.

De substantia Inventarij non est Signum Crucis in fronte positum. f. 151. n. 650.

Cùm in praxi vix contingat, ut hæres ignoret quantitatem debiti, quia ad proclamationem conveniunt Creditores & Legatarij, si dolo ageret, solvendo prius creditoribus minus privilegiatis, teneretur etiam cæteris. f. eod. n. 651.

Ex eo quòd in relata constitutione per Inventarium hæres indemnisservetur, sequitur, quòd possit Creditores & Legatarios cogere, ut non existente re debita teneantur aliam ejusdem valoris accipere. f. 152. n. 652.

Hinc etiam si quid ex rebus hereditarijs perit, Creditoribus & Legatarijs perit. f. eod. n. 653.

Successores universales, qui propriè hæredes non sunt, ut executores hereditarij non sperantes lucrum ex hereditate, item Usufructuarius universalis, item pater, qui jure peculij occupat bona filij familias defuncti, item Monasterium occupans bona Religiosi propter ingressum, item fiscus, hi, inquam, neglecto inventario non tenentur ultra vires hereditatis. f. eod. n. 654.

Hæredes proprii, etiam causa pia, tenentur in conscientia creditoribus etiam ultra vires hereditatis, neglecto Inventario. Causa pia tamen possit in Integrum restitui. f. eod. n. 656.

Quòd Hæres teneatur etiam solvere legata, non fundatur in præsumptione fraudis, sed est poenâ neglecti inventarij. f. 153. n. 657. Unde & causa pia teneretur, si negligentiam commississet, post judicis sententiam. 658. Si nulla culpa intervenisset, non teneretur hæres, & si de hoc constaret, nec in foro externo condemnandus esset. 659.

Inventarij confectio incipienda est intra 30. dies à tempore testamenti aperti, vel cessantis impedimenti. f. 153. n. 660. deinde ad conficiendum indulgentur alij 60. intra quos si inciperetur & absolveretur, adhuc valeret. 661.

Absentibus Legatarijs adhibentur pro testibus tres cives sive digni. f. 153. n. 662.

Fideicommissarius universalis, restituta sibi hereditate necdum confecto inventario, tenetur ipse conficere, ut gaudeat beneficio. f. 154. n. 663.

Usufructuarius universalis etiam tenetur conficere inventarium, non quidem sub poenâ legis, sed postulante proprietario ad reddendam rationem rerum, alioquin præsumetur dolo. f. eod. n. 664.

Inventarij confectio non potest remittere testator in præjudicium creditorum; bene tamen in præjudicium Legatariorum aut fideicommissariorum. f. eod. n. 665.

Inventio.

Tomo 1.

Bona inventa vel in nullius dominio fuerunt, vel esse desierunt, vel habent dominum, esto

esto ignoretur ab inventore. fol. 399. num. 1.

Ut per Inventionem rei ad neminem pertinentis dominium acquiratur, non est satis rem visu apprehendisse, sed opus est corporali apprehensione, cum animo habendi ut suam. f. eod. num. 2. Fiant ergo hujusmodi bona primò occupantis, nisi à Republica fuerint alteri applicata. Ut sit, quando bona vacantia applicantur fisco, vel bona peregrini decedentis in Hospitali sine hærede, applicantur per Episcopum ad pias causas. n. 3.

Vide etiam: *Bona Vacantia, vel Derelicta.*

De Inventione Theauri, vide, *Theaurus.*

Inventor rei amissa ab alio, si eam apprehendit, tenetur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia, pro qualitate rei inventa, in dominum inquirere. f. 403. n. 24.

Adhibitâ frustraneâ inquisitione, probabilius est, non esse obligationem expendendi in usus pios de jure naturæ. f. eod. n. 26.

Invitus.

Tomo 1.

Invitus in Jure aliquando dicitur, qui contradicit, & prohibet, aliquando etiam qui ignorat aliquid fieri, quod prohibere posset. Nam si magnum præjudicium vertitur, pro invito accipitur etiam ignorans. f. 261. n. 238.

Inundatio.

Tomo 1.

Inundatione non solum non amittitur dominus, sed nec Usucapio interrumpitur, nisi esset inundatio stabilis. f. 418. n. 102.

Inundatione stabili amittitur possessio tam naturalis quam civilis. f. 265. n. 242.

Iracundia.

Tomo 6.

Ob iracundiam poena ordinaria tunc solum commutatur in arbitriam, quando læsus lædenti anteedente foriorem causam præbuit, ut excederet moderatam inculpata tutela. f. 324. num. 538.

Itineris Servitus.

Tomo 1.

Est Jus eundi ambulandi hominis, non tamen jumentum agendi, vel vehiculum per fundum alterius. Ire autem dicitur etiam qui equitat, aut lecticâ vehitur. Itinere indefinitè concessio, eligenda est certa pars fundi, arbitrii iudicio, vel mutuo consensu. f. 250. n. 178. Itineris Possessio quomodo acquiratur, vide *Possessio.*

Potest quis impune ire per alienum agrum domino non prohibente, quamvis non habeat servitutem. Nec contra Jus agere censetur, sed agere, quod fas est. f. 261. n. 226.

Judex.

Tomo 1.

Judex per imperitiam malè judicando litem facit suam, & in tantum condemnatur, quantum Magistratu videbitur. f. 95. n. 145. Dicitur ex quasi delicto teneri, non ex delicto, sicut Medicus præsumitur. 146. ubi disparitatis ratio assignatur.

Judex ex imperitia malè judicans, tunc solum potest in factum conveniri modo prædicto, poenâque arbitrariâ ultra litis periculum affici, si pars læsa vel noluit appellare, vel propter paupertatem non potuit. f. 96. n. 147.

Tomo 5.

Judex est Persona publica quæ Jurisdictioni præest, ac populo juxta Legum Constitutionumque præscripta, & locorum consuetudines jus dicit / hoc est, causas litigantium secundum modum Jurisdictionis suæ disceptat, & dijudicat, & suum cægis tribuit. f. 85. nu. 2.

Suscipiens officium Judicis cum periculo eventuri gravis damni proximi ex ipsius imperitia, peccat mortaliter. f. 86. n. 4.

In dubio juris tenetur Judex à Sententia pro una solum parte abstinere, propositâ partibus meritorum æqualitate, & suggerere media: transactionem, divisionem, sortem, compromissionem. Et ad hoc ultimum, reculatis prioribus, possent cogi. f. 87. nu. 9.

Non licet Judici pronuntiare pro parte habente minus probabilitatis. 88. n. 14.

Si putet Judex suam opinionem reputari à Judice Superiore minus probabilem, tenetur oppositam in praxi observari solitam, potius habere pro probabiliore. f. 89. n. 17.

Judicis existimati cum impedimento Juris Divini acta sunt nulla. f. 89. num. 20.

Error probabilis, communis, cum titulo colorato sufficit, ut censetur suprema potestas ipso facto supplere defectum Jurisdictionis ex impedimento juris humani. f. 90. n. 21. Præter errorem communem requiritur titulus coloratus, non sufficeret quasi possessio jurisdictionis. num. 24.

Judex, non obstante privatâ notitiâ de reatu, tenetur Reum nec convictum nec confessum absolvere. f. 91. n. 27. Imò nec Supremo Principi competit potestas condemnandi ex privata notitiâ. f. 92. n. 28. ne quidem in casu quo non posset ad publicum iudicium perveniri. n. 31.

In causis civilibus ac minoribus criminalibus, quibus de multa pecuniaria agitur, vel etiam de exilio aut privatione officiorum, potest Judex sententiam ferre secundum allegata & probata, non obstante privatâ notitiâ innocentia. f. 93. nu. 38. In causis criminalibus, ubi agitur de poena mortis aut mutilationis, non licet unquam condemnare

Inno-

innocentem quantumvis convictum. fol. 94. nu. 39.

Judex inferior non potest à lege positiva in judicando recedere. fol. 95.

Si Judex negligeret imponere poenam Fisco aut privato applicandam, non teneretur ad restitutionem. fol. 96. nu. 49.

Judex etiam non rogatus à partibus, ex officio potest mandare partibus ut præstent juramentum calumnie. fol. eod. nu. 52. Debet etiam repellere calumniosas exceptiones. potest item opponere de jure tertij, si constet, & utrique parti silentium indicere. nu. 54. Item occurrere manifesta iniquitati, etiamsi parti via præclusa pacto esset. cod. Potest (subreptionem notoriam declarare, & universum in notarijs supplere. Potest testes inidoneum, repellere. Potest testes etiam post conclusionem in causa denuo examinare. Potest etiam non requisitus ad alicujus defensionem testes examinare: potest rejicere libellum ineptum. denique reprehendere Advocatos nimium loquaces. fol. 97. nu. 55. & seqq.

Leges vetantes munera, tam Judicem quam dantem obligant in conscientia. fol. 97. nu. 59. Quatenus obligant ad restituenda munera, nõ obligant ante sententiam. fol. 98. nu. 60. Jus naturæ obligat ad non accipienda in ea quantitate, quæ ut plurimum esset inductiva perverfi iudicij. nu. 61. Leviora, nec urbanè recusabilia, licitè accipiuntur. 62. Sententia lata accepto pretio illicito, est ipso jure nulla. 63. Danti munus, ut Judex causam non moretur, & justè judicet, hodie non daretur repetitio. 65.

Quamvis Judex delegatus recusatus non possit procedere, debet tamen litigantes adigere ad eligendum arbitrum vel arbitros juris, qui procedant eadem formâ & potestate quam delegans præscripsit. fol. 100. n. 72. & fol. 101. n. 78 ubi vide limitationem. ab his appellandum est ad delegantem. fol. 101. n. 74.

Judex ordinarius recusatus, non propterea desinit esse Judex in eadem causa, sed (pro locorum consuetudine) unâ cum alijs judicabit. 75.

Jure Canonico recusatio in scripto offerenda, & recusationis causa exprimens & coram arbitris probanda. n. 76. exceptis tribus casibus, ubi non recurrit ad arbitros. fol. 102. n. 82.

Si Judex recusatus nihilominus procederet, posset appellari. fol. 101. n. 77. & processus esset nullus. 78.

Judex ordinarius legitime recusatus, potest causam remittere ad Superiorem, vel si malit, causam principalem alicui delegare. hoc iterum recusato compellet partes ad eligendum aliquem, cui causâ delegetur. fol. 102. n. 79. ab hoc appellandum ad ordinarium recusatum, ut aliquem non suspectum constituat in causa appellationis. n. 80.

Princeps potest tollere recusationem. fol. 102. num. 81.

Judex recusatus assignat terminum ad eligendos arbitros, & causam finiendam. arbitri assignant terminum ad probandam causam recusationis. fol. 102. n. 84. De recusatione vide etiam, *Recusatio.*

Judex sub nullo pretextu potest procedere condemnando ex notitia injuste acquisita. fol. 103. n. 86. ubi vide exempla.

Judex imperitè judicans, tunc solum potest actione in factum conveniri, poenâque in superarbitrariâ ultra litis periculum affici, quando pars læsa vel noluit, vel ob paupertatem non potuit appellare. fol. 104. n. 91. Si dolo malo inique judicavit, litem suam facit, ut affirmationem præstare debeat, & quidem in conscientia ante omnem sententiam. fol. 104. n. 92. ubi discrimina inter imperitè & dolo malè judicantem. Actio non datur adversus hæredes, quia ex quasi delicto. n. 95.

Judex simulatè promittens impunitatem, non tenetur stare promissis (& inferior nec potest) si reus tenebatur juridicè interrogatus, fateri veritatem. fol. 105. n. 97. Si non tenebatur, & dolo inducitur à Judice ad fatendum, perinde est, ac si fallus non fuisset. n. 98.

Judicis sententia quando obliget partes, vide *Sententia.*

Jure Bavarico jubetur Judex, nisi partes sponte velint sumptus subministrare, suis sumptibus aliorum DD. Judicia exquirere. fol. 1490. n. 1160.

Discordantibus Assessoribus potest Judex assumere tertium, qui de salario Assessorum participabit. fol. 1491. n. 1161.

Judex non tenetur sequi consilium eorum quos partes elegerunt. n. 1165.

Judex dubius de causâ meritis, potest eam referre ad Superiorem, cujus relationis seu recursus effectus est, quod pendente consultatione nihil debeat innovari, ved de causâ meritis inquire, sed expectanda remissio: quâ acceptâ priusquam eam aperiat, citandæ partes, quæ si nihil opponant, præfiget. fol. 491. n. 1167. & seqq.

Cum de incidente quæstione agitur, quæ causâ merita tanquam à se pendente respicit, sufficit pronuntiare super principali. fol. 496. n. 9. Si verò quæstio incidat ad impediendum litis progressum, debet Judex de ea interloquendo prius pronuntiare. n. 10. Item de quæstione emergente causæ merita non concernente. n. 11.

Plura vide, *Sententia.*

A sententia lata pro competentia vel incompetentia, potest appellari ab eo cui nocet sententia. fol. 965. n. 402. & seqq.

Judicatum, seu Res Judicata.

Tomo 5.

Quando à sententia primâ instantiâ non appellatur

latur intra fatalia, vel appellatio deferitur, dicitur sententia transire in rem judicatum, & competit victori exceptio Rei Judicatae. & res judicata pro veritate habetur. fol. 532. n. 203, & seqq.

Res inter alios judicata alijs non praedicitur regulariter loquendo. fol. 532. Alteri litem scienti, cui primò & principaliter actio competebar vel defensio, praedicitur. n. 208. Non item illi qui aequaliter propriam actionem vel defensionem habet. fol. 533. n. 209.

Quando à Jure succumbentis pendet Jus tertij, sententia condemnatoria illius nocet huic tertio, si sciverit, si ve ignoraverit causam inter alios agi, dummodo litigantes fuerint legitimi contradictores, ad quos res controversa principaliter pertinetur. n. 212. & seqq. ubi limitationes.

Sententia affirmativè lata super conditione & statu intrinseco personæ, facit jus inter omnes, omnibusque praedicitur & opponi potest, quinque vellet statum oppugnare: sed si proferretur negativè. f. 536. n. 226. & seqq. ubi resolvuntur varij casus, usque ad n. 237.

Dominium rei litigiosa non transfertur per ipsam sententiam seu Judicatum sine traditione. fol. 538. n. 238. & seqq.

Rei Judicata actio perpetua est, & rei persecutionem continet. Item heredi & in heredem datur. Est Actio nominata, & distincta ab actione ex qua sententia lata fuit. fol. 539. n. 245. est Personalis. n. 248.

Exceptio rei Judicatae competit illi, qui per sententiam que transit in rem judicatum absolutus est ab actione intentata, que si iterum intentaretur, repelleretur. n. 251. ubi casus.

Si petens aliquod totum totaliter & quoad singulas partes vidus est, non potest postea petere partem, quia nocet exceptio rei Judicatae. sed si petijset totum formaliter. fol. 540. n. 255.

Si subit eadem questio & causa petendi, nocet exceptio rei Judicatae, etiamsi sit alia actio, dummodo persister eadem causa rei Judicatae. fol. 542. n. 262. ubi cas. & n. 263.

Si Judex reum absolvit ex duplici causa, praefertur causa fundans exceptionem rei Judicatae. n. 265.

Judicium.

Tomo 6.

Judicium aliud est Criminale, aliud Civile. Criminale est, in quo agitur ad commodum publicum. Civile vero quando agitur ad commodum privatum, etiamsi causa descendat ex delicto. f. 202. n. 3. seqq. ubi per exempla declaratur.

Publicorum Judiciorum illa Capitalia dicuntur, quorum poena mors aut exilium est. Non Capitalia, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio est. fol. 204. n. 9.

Sicut non omne Judicium Capitale est Judicium sanguinis, ita nec contra. n. 11.

Judicium temerarium.

Tomo 1.

Judicium temerarium est sinistra exstimatione de bonis alterius ex levi fundamento, quod virum prudentem movere deberet, quia fallax admodum. fol. 168. nu. 714. Eius quatuor sunt gradus. Judicium firmum & pertinax, Opinio, Suspicio, Dubitatio. 515. & seqq. ubi eorum discrimen declaratur. Pro diversitate horum graduum requiruntur diversa indicia excusantia à temeritate. fol. 169. n. 519. ubi exempla.

Judicium temerarium supremi gradus, si est in materia gravi, & delibatum, est peccatum mortale. fol. 169. nu. 520.

Secundus gradus, nempe Opinio, sapius à peccato mortali excusatur, sicut & ceteri gradus, qui per se loquendo nunquam sunt mortales. f. eod. n. 521.

Quando sunt utrinque probabilia indicia, non licet directè & positivè judicare contra famam alterius, neque tamen etiam teneris positivè judicare pro fama alterius, sed potes suspendere judicium, imò potes cum tali persona te circumpectè gerere, modo nihil debiti honoris, & obsequij denegetur. f. eod. nu. 523.

Judicium temerarium quomodo differat à Detractione, vide Detractio.

Juramentum.

Et modus probandi per Juramentum.

Quomodo Juramentum firmet Contractus, vide Contractuum firmatio.

Juramentum sequitur naturam contractus, nec aliud superaddit, quam obligationem ex Religione, non tamen ad plus obligat, quam ipse contractus, nec continet renuntiationem alicujus beneficij à Jure concessi. fol. 106. n. 107.

Juramentum adjectum pollicitationi, aequè pendet ab acceptatione, atque ipsa pollicitatio, ut inducat obligationem. fol. 72. n. 22. in fine.

Tomo 5.

Juramenti promissorij cognitio est mixti fori. fol. 73. n. 329.

Juramento ad alterius delationem praestito, datur actio in factum, Personalis, Praetoria, qua quis ex Jurejurando legitime praestito id quod sibi debetur, adjudicari petit. fol. 123. n. 196.

Etiam si

Etiam si postea deprehendatur perjurius, juramentum non retractatur, nisi quando haeres nequidum inspectis tabulis defert legatio juramentum. fol. 123. nu. 200.

Per hac verba, *Per fidem meam*, non juratur. fol. 411. nu. 728. An affirmans aliquid per creaturas, juret, pendet ex intentione loquentis, referentis ad Deum tanquam auctorem, aut specialiter relucen-tem. nu. 730.

Ad Honestatem requirunt Veritas, Justitia, Judicium. quæ expli cantur fol. 412. nu. 739.

Jurare absque Judicij comite, hoc est causa sufficiente, non est per se nisi veniale. fol. 413. n. 741.

Juramentum carens comite Justitiæ, quatenus juratur aliquid illicitum, & animo implendi, quod sit veniale, saltem quando res jurata est solum venialiter mala, est ob DD. auctoritatem probable, speculative tamen diffiile. fol. 414. n. 743. & seqq. Si sit Juramentum asseritorium rei illicitè enuntiabilis, est tantum veniale contra Religionem. fol. 415. n. 752.

Omne Juramentum carens comite Veritatis, est peccatum mortale, nec joco excusari potest, sed sola inadvertentiâ. fol. 415. n. 753. Idem dicendum de juramento promissorio rei quam scio mihi impossibilem. n. 756.

Ad Veritatem Juramenti non requiritur evidentia Metaphysica aut Physica, nisi quis talem evidentiam se habere juret, sed sufficit Moralitudo, non admittens prudentem formidinem. fol. 416. n. 760.

In favorabilibus causis potest quis jurare illum esse dignum seu idoneum, quem probabiliter judicat esse talem, & quem non credit esse indignum, etiamsi non certo sciat esse dignum. n. 762. ubi exempla. Major certitudo requireretur in Juramento quod exigitur ob publicam securitatem. fol. 417. n. 763.

Violatio Juramenti promissorij, non excusatur à mortali ex parvitate materiae. fol. 417. n. 768.

Proferens juramentum vocale simulatè, absque animo jurandi, peccat quidem mentiendo, & sed coram Deo & ex Religione non obligatur. fol. 418. num. 771.

Impossibile est habere animum efficacem jurandi, & simul non obligari, volendo scilicet separare obligationem à juramento. n. 774.

Qui in favore tertij aliquid juratò promittit, non solum obligatur ex religione, sed etiam ex justitia. fol. 413. n. 779.

Qui juramento firmat promissionem factam in sensu æquivoco, & alieno ab intentione & conceptu promissorij, non obligatur nisi in eo sensu quo juravit. fol. 422. n. 789.

Christi. Haun. Repert.

Qui juramento confirmat locutionem amphibologicam in sensu alieno ab audiente, sine justa & gravi causa, peccat. n. 790. & probabilius mortaliter. 792.

In multis casibus est obligatio abstinendi ab hujusmodi amphibologijs, & juramento; qui referuntur n. 793. contra hoc licitum est, ob propriam utilitatem & necessitatem aliter non obtinibilem ita jurare. n. 794. & fol. 423. à n. 796. referuntur varij casus & exempla licite restrictionis mentalis.

Potest Judex ad instantiam adversarij, ejus interest, adigere subditum in judicio ad jurandum, etiamsi sciat perjurium commissurum; casu quo malit jurare quam fateri. fol. 425. n. 808.

Potest Judex ex officio Juramentù exigere; pariter etiam non instante, & potest pars exigere juramentum, quod sit fore perjurium, deliderando ut potius non juret adversarius. n. 809.

Juramentum de re licita, factum homini in ejus utilitatem, obligat, etiamsi impediatur aliud majus bonum morale, loquendo de bono particulari jurantis. fol. 426. non item si impediatur bonum univèrsale, ut ingressum Religionis. eod.

Juramentum factum proximo de aliquo illi praestando, etiamsi fiat absque promissione, adhuc ex religione obligat, si exigatur. n. 815.

Omne juramentum proximo factum, videtur habere tacitam limitationem: nisi Religionem ingressus fuero. à quo res jurata impeditur. n. 814. ubi fuit de matrimonio jurato, an prius sit contrahendum, quam ingrediatur jurans Religionem, vel possit statim ingredi. fol. 427. à n. 816.

Juramentum promissorium rei theologice illicitæ, nullam inducit obligationem. fol. 429. nu. 825.

Juramentum rei ex se quidem indifferens, sed que promissario gratior est, quam quodcumque oppositum, obligat ad implendum. n. 829.

Econtrario Juramentum carens hujusmodi honestate; non obligat. n. 830. ubi exemplum. Sicut nec, si res fuit illicita dum jurabatur, & postea fit licita, juramentum incipit obligare. n. 831. ubi exempla.

Juramentum rei licitæ etiam tunc obligat, quando ipsum juramentum fuit aliunde illicitum. fol. 430. num. 833.

Prodigalitas jurata non excusat ab obligatione solvendi excessum, in quo committitur prodigalitas. n. 835.

Finis malus per Juramentum promissorium intentus, sed non deductus in pactum, non impedit obligationem. n. 836.

Juramentum contrariū priori juramento, & consequenter de re illicita, non obligat. n. 837.

Jura-

Juramentum injusto metu extortum obligat, dummodo sit de re licita, nec a Jure irritata ob bonum publicum. n. 838. ubi exempla.

Juramentum est strictæ interpretationis, quantum admittunt verba & materia promissionis. fol. 431. n. 841. ubi casus. Unde Juramenti obligatio non est in judicio extendenda ad ea, de quibus verisimillimum est, jurantem non cogitasse, & excepturum fuisse, si expresse fuisset interrogatus. fol. 432. n. 845. Item, non est extendendum ad casum mutata causæ, etiam si similis successisset. n. 846. ubi exemplum.

Juramentum servandi Statuta, non hoc ipso extenditur ad futura, nisi circumstantiæ vel consuetudo aliud requirant. n. 847.

Juramentum servandi Leges merè Pœnales, sensum habet, ut sub juramento teneatur solvere pœnas post latam sententiã & executione pœnæ, quamvis transgrediendus non sit periturus. f. 433. n. 848.

Qui dubitat, an aliquid juratò promiserit, & si dubium est invincibile, non tenetur, etiam si magis propendeat in partem affirmativam. n. 849.

Juramentum sequitur tanquam accessorium naturam contractûs, quoad sensum, qui desumendus est ex natura actûs, prout substat intentioni contractuentium secundum communem usum. Obligatio contractûs non est alligatus valor juramenti, sed potest manere sublata obligatione contractûs. fol. 434. n. 855. & seqq. ubi per exempla declaratur.

Heres non potest defuncti juramento gravari ex religione. Neque etiam alij successores in communitate, nisi interveniat Statutum. fol. 435. num 859.

Mandato jurisjurandi revocato ante præstitum juramentum, etiam si revocatio non pervenisset ad mandatarium, non obligat ad juramentum à mandatario factum. n. 864.

Obligatio ex Juramento non potest per æquivalentem satisfieri invito creditore. fol. 436. nu. 866. Quod si creditor consentiat in mutationem, obligatio se extendit ad id in quod mutatur. n. 867.

Jurans non habet potestatem satisfaciendi promisso per compensationem, si intentio fuit solvere actû & physicè. fol. 437. n. 874. Secus, si alia fuit illius intentio. fol. 438. n. 875. In dubio præsumetur voluisse excludere compensationem. num. 878.

Clerici prohibentur jurare in judicio absque gravi causa. fol. 439. n. 884.

Juramenti obligatio tolli potest irritando, dispensando, commutando, remittendo, relaxando, quorum differentiam vide fol. 439. n. 885.

Habens potestatem dominativam in alios, potest irritare omnia subditorum juramenta præju-

dicantia suæ potestati. fol. 440. n. 886. ubi plura exempla.

Superiores habentes potestatem Jurisdictionis, possunt ex causa (non sine causa) irritare per indirectum, irritatione minus propriã, hoc est, subtractione materiæ, juramenta subditorum, condendo Legem prohibitoriam alicujus actûs. f. 440. n. 889.

Juramentum soli homini in ejus favorem factum, potest ab eo remitti ad libitum. n. 890. Sufficit autem remissio tacita. eod. ubi exemplum.

Quando Juramentum fit quidem homini, & aliquo modo ejus gratiã, sed tantum secundariò, primariò verò ut Deo exhibeatur res grata, non est in potestate hominis remittere obligationem. nu. 891. Nisi tota utilitas rei juratæ cederet homini particulari. f. 441. n. 892.

Juramentum ex utraque parte licitum, quamvis non facile relaxetur sine consensu illius cui juratum est, si tamen bono communi expedit, potest etiam eo invito relaxari. f. 442. n. 898.

Quando ex parte promissarij intervenit turpitudine in acceptando vel exigendo, potest in odium & pœnam promissarij relaxari. n. 900. ubi casus. Debet autem relaxans habere jurisdictionem in promissarium. n. 901. non tamen debet necessariò habere in jurantem. fol. 443. n. 902.

Potestas relaxandi non solum convenit Episcopis, & habitibus Jurisdictionem Episcopalem, sed etiam aliquo modo Potestati seculari, habenti altum dominium in jura subditorum. nu. 904. & seqq. ubi Exemplis declaratur.

Potest Juramentum relaxari à Superiore quoad obligationem ex Religione, si injusto metu extortum est. f. 444. n. 910. Sufficit autem quicumque metus, dummodo juramentum causam dederit. n. 912. Neque etiam obstat perjurium jam commissum, dummodo de eo peniteret. n. 914.

Juramentum litis decisorium est, quod litis finiendæ causã à parte litigante præstat. f. 445. n. 918.

Dividitur in Voluntarium & Necessarium. Voluntarium subdividitur in Judiciale & Extrajudiciale. n. 919.

Juranti competit Exceptio Jurisjurandi, quæ dicitur *Litis finis*. Et ferenda est sententia pro jurante. f. 446. n. 822. Ex eodem juramento competit Actio in factum. n. 923.

Pupillus non potest cõ efficacia deferre hoc juramentum in suò præjudiciò, sine tutoris auctoritate. f. 447. n. 924. Idem dicendum de alijs qui sunt sub aliorum cura. n. 925. in specie de Minore Curatorem habente. 926.

Tutor potest deferre deficientibus alijs probationibus. n. 929.

Procurator datus præcisè ad litem, sine speciali mandato, deferre non potest. f. 448. nu. 930. Potest etiam deferre habens mandatum cum libera, vel datus in rem suam. n. 931.

Servus, & filius fam. in re pecuniari possunt deferre juramentum: Et tunc contra patrem (non item contra dominum) competit Actio de peculio. n. 934.

Vasallus potest deferre sine consensu domini, si non tendat ad alienationem rei feudalis. f. 448. n. 935.

In Popularibus Actionibus uno ex populo bonâ fide deferente, juramentum prodest juranti etiam contra ceteros de populo. f. 450. n. 941.

Accusatore deferente juramentum, prodest quidem contra accusatorem, non item contra alios aut Judicem. nu. 943. Reus deferens Juramentum accusatori, censetur crimen fateri. n. 944.

Si accusator crimen semiplenè probasset, & haberet aliquod aliud adminiculum, & esset vir pammè Legalis, posset Judex illi deferre juramentum suppletorium. n. 945.

Potest Judex in favorem matrimonij deferre Juramentum. n. 946.

Potest etiam deferre viduis asserentibus se esse gravidas: quo casu prodest quidem mulieri, ut de calumnia contra eam agi non possit, proli verò nec prodest, nec obest. f. 451. n. 947. & seq.

Regula, quòd Juramentum delatum non proficit, nec nocet nisi juranti, patitur aliquas exceptiones quas vide nu. 949. & seqq.

Cui delatum est juramentum, si illud extra judicium referat, nullam necessitatem imponit primo deferenti, sed potest recusari. f. 454. n. 964.

Juramentum Voluntarium semel susceptum per conventionem, non potest amplius recusari, sed est præstandum, nisi malit haberi pro confesso. n. 965.

Juramentum voluntarium cum perjurio præstitum, non potest à Judice inferiore retractari & rescindi, sed judicati debet secundum quod juratum est. n. 967.

Juramentum in Judicio à parte delatum, vel est præstandum, vel deferenti referendum, quo relato deferens compellitur jurare, alioquin repellendus. f. 456. n. 976.

Deferens Juramentum in Judicio, tenetur prius præstare juramentum calumniæ, alioquin potest recusari. f. 457. n. 980.

Si deferens juramentum revocaverit, denuo delatum potest recusari. n. 981. Sicut etiam recusari potest, si Actor non solum nihil probaverit, sed nec præsumptione juvetur, arbitrio Judicis æstimanda. Item recusari potest ab eo, qui suam intentionem vult legitime probare. f. 458. n. 989.

Quamvis juramentum in judicio delatum regulariter referri possit, sunt tamen aliquæ causæ exceptæ, quas vide, n. 990. & seq.

Juramentum Judiciale regulariter præstandum est coram Judice causæ, vel ejus commissario, adversà Parte vel ejus Procuratore præsentem, vel contumacem. f. 459. n. 992. Quando defertur absentem, debet venire ad Judicem, vel ad eum mitti, ut sub actorum restificatione juret, vel referat, vel recuset. nu. 993. Possunt etiam certæ personæ jurare domi. n. 994.

Juramentum Suppletorium.

Juramentum Suppletorium deferretur à Judice, nec interest, an sit Ordinarius vel Delegatus. nu. 995.

Judex non potest hõc juramentum deferre nisi causâ cognitâ. n. 996.

Quibusdam personis, utpote minus legalibus, non rectè deferretur hoc juramentum. f. 460. num. 997.

Non est necesse hoc juramentum præstari in propria persona ab eo cui illud Judex defert, sed potest per Procuratorem, habentem speciale mandatum, præstari. n. 998.

Potest juramentum suppletorium deferri ad faciendam plenam probationem ex semiplena, & tunc recusari non potest, & sic dicitur necessarium. f. 460. n. 1000.

An Reo vel Actori Juramentum suppletorium deferendum sit, Judicis arbitrio relinquendum. f. 461. nu. 1005. & seqq. ubi annotantur, quænam Judici sint consideranda.

Si Actor suam intentionem plenè probaverit, Reus verò suam indirectè contrariam semiplenè, juramentum deferendum est Reo. fol. 462. num. 1009.

Si Actoris semiplena probatio enervetur præsumptione contrariã, non est deferendum Actori. Reo autem posset deferri juramentum purgationis. n. 1012.

Judex non præcisè ad instantiam partis, sed etiam ex officio potest juramentum suppletorium deferre, si cetera requirata adsint. f. 463. n. 1013. Et quamvis ad hoc deferendum non ita sit Judex obligatus, ut si absolveret reum, sententia esset nulla, ut tamèn censetur exactissime suum officium præstitisse, rectius faciet deferendo. f. 464. n. 1019.

Potest hoc Juramentum non solum ante, sed etiam post conclusionem in causa deferri, etiam si à parte non fuerit antè petitum. f. 464. n. 1024.

Si terminus probatorius preemptorius fuit assignatus verbis simplicibus, adhuc potest implorari Judicis officium ad deferendum juramentum. Si verò sub terminis universalibus, & extensionem signifi-

significantiis, nempe: per omne genus probationis, presumitur voluisse terminum coardare etiam ad petitionem juramenti. f. 465. n. 1027.

Juramentum à Judice ritè delatum, est necessariò præstandum, nec licet adversario referre, aut reculare, nisi ex justa causa. f. 465. nu. 1028. Neque semel delatum potest à Judice remitti. f. 466. nu. 1029. revocari tamen potest, si persona est privilegiata. n. 1030.

Ob instrumenta de novo reperta conceditur adversario, ut, non obstante sententià ex juramento lata, possit de novo causam agere, & retractare. n. 1031. & seqq. Et hæc Retractatio competit ipso jure, nec opus est restitutione in integrum. f. 467. n. 1035.

Juramentum suppletorium non potest deferri in causis criminalibus, ne tunc quidem, quando agitur ad penam pecuniariam. f. 468. num. 1039. Nisi ageretur civiliter. n. 1042.

Neque etiam deferri potest in causis civilibus arduis, nisi lis esset de sola possessione. n. 1043.

Neque deferri potest à Judice in causa matrimoniali. n. 1044. & seq. ubi casus.

Neque etiam in causis famosis: ubi potius reus admittitur ad juramentum purgationis. f. 469. nu. 1046. & seqq.

Neque denique in illis causis, in quibus statuta requirunt legitimas, liquidas, plenas probationes. n. 1050.

Præstito juramento necessario competit Actio Judiciali. f. 470. n. 1052.

Juramentum Purgationis.

Juramentum Purgationis (seu Purgatio Canonica) fit à personis non vilibus, de perjurio suspectis, tactis Evangelij. f. 471. nu. 1055. Servanda forma verborum à Judice præscripta. n. 1056. ubi casus.

Reo gravissimis suspensionibus gravato, requiruntur Conjuratores seu Compurgatores, qui jurant de credulitate, Reum jurare verum. f. 471. num. 1057.

Juramentum purgationis desert solus Judex competens, & quidem ex officio. n. 1058.

Ut in Criminalibus Juramentum Purgationis necessariò deferatur, necesse est, ut reus apud graves viros jam sit aliquo modo infamatus de delicto, & indicia, esto non facientia semiplenam probationem, præcedant, Judicis arbitrio æstimanda. f. 471. n. 1059.

Juramentum purgationis etiam in causis civilibus locum habet. n. 1060. ubi in specie de Actione injuriarum.

Si Reus oblato purgationis juramento recuset jurare, vel in termino præfixo non compareat,

articuli pro confessis acceptantur in penam contumaciæ, nisi hæc purget. f. 472. nu. 1064. Non possit se liberare offerendo se ad torturam. num. 1066.

Juramenti purgationis effectus est, quod jurans sit definitivè absolvendus, non obstantibus presumptionibus contrarijs, non solum quoad causam principalem, sed etiam quoad expensas, & alia accidentia. f. 472. n. 1067.

Injustè ac temerè vexatus, & adactus ad hoc juramentum, habet contra Accusatorem Actionem injuriarum. n. 1068.

Reus, cui juramentum purgationis deferendum, legitimè citandus est. f. 473. n. 1063. & simul cum citatione transmittendi articuli suspicionis. num. 1070. Imò & nomina testium, cum termino se purgandi. nu. 1071. & seq. ubi modus procedendi in Camera Imperiali.

Juramentum in Litem.

Est Juramentum, quo res in Judicium deducta æstimatur. f. 474. n. 1075. Dividitur in Juramentum Affectionis, & Veritatis, cujus declarationem vide n. 1076. & seqq. ubi nu. 1080, quòd non datur contra fidejussorem.

Juramentum Affectionis non nisi à Judice deferri potest. f. 476. n. 1084. Et etiam debet tunc, quando res dolo & contumacià non restituta, non amplius existat apud Reum. Si verò existat, liberum est Judicis vel deferre juramentum, vel manū militari rem auferre à reo. n. 1085.

Deferendum est hoc Juramentum illi Actori, qui litis dominus est, & litem suo nomine contestatus. n. 1086.

Si actor post oblatum & acceptatum, sed necesse præstitutum juramentum affectionis moretur, haberetur pro præstito. f. 477. n. 1090.

Adolescens potest in litem jurare etiam absque consensu Curatoris. n. 1091.

Juramentum Affectionis desertur contra illum, qui rem restituere condemnatus ob dolum vel non restituit, vel non exhibet, vel dolo fecit, quominus restituere possit. n. 1092. Dolo etiam lata culpa comparatur. eod. Sufficit etiam dolus præsumptus. f. 478. n. 1094.

Contra heredem defuncti potest deferri, si lis fuit contestata, etiam si hæres dolo careat. num. 1096.

Datur etiam contra tertium ad quem res pervenit, si dolo desijt possidere, ut restitui non possit. n. 1098.

In rei vindicatione desertur Juramentum in litem adversus contumacem & dolosè non restituentem. fol. 479. n. 1100. In vindicatione Universalitatis vel patris illius, etiam in litem juratur. n. 1101.

Etiam

Etiam in actione Concessoria in litem juramento locus est. imò & in Negatoria. n. 1102.

In actione hypothecaria seu pignoratitia etiam in litem jurari potest. n. 1103.

Item in actione de dolo, & quod meritis causâ. n. 1104.

Item in omnibus actionibus arbitrarijs. num. 1104.

Item in omnibus Actionibus bonæ fidei. eod. etiam in illis, in quibus agitur ad aliquid tradendum, vel faciendum. fol. 480. n. 1105.

Item in Interdicto: Unde vi. quod probabiliter etiam ad alia Interdicta restitutoria & exhibitoria extendi potest. n. 1108. & seqq.

Juramentum veritatis (non item affectionis) deferri potest in actionibus personalibus stricti juris. fol. 481. n. 1113.

Denique omnes actiones in specie enumerantur, in quibus in litem jurari potest. n. 1114.

Effectus & vis Juramenti Affectionis est, ut reus in summam juratam quantumvis magnam condemnandus sit, nisi Judicis arbitrio minor taxetur, aut ex alia causa à condemnatione abtineat. fol. 481. n. 1115.

In arbitrio bonæ fidei Judicis est, moderari summam juratam vel jurandam, potestque taxatio præcedere vel sequi juramentum. fol. 482. n. 1116.

Ex gravi causa, præsertim si novæ probationes à reo offerantur, potest judex Juramentum negligere, quantumvis præstitum. n. 1117. Non potest tamen absque magna causa moderari aut negligere. fol. 483. n. 1122.

Juramentum veritatis non solum à Judice, sed etiam à Reo deferri potest Actori: sed in præsentia Judicis. n. 1123. & quidem in omnibus actionibus, quæ ex delicto competunt. eod.

Desertur contra reum, qui culpâ suâ non potest rem amplius restituere, aut cujus culpâ res deteriorata est, nullo interveniente dolo in non restituendo post condemnationem, quidquid sit an dolo aut lata culpa intervenierit ante condemnationem. n. 1124.

Non est tamen huic juramento locus, si aliunde possit facile sciri rei verus valor. n. 1125.

Æstimatio rei referenda est ad tempus solutionis faciendæ, quo plurius fuit ante condemnationem. Quod si reus ante in mora fuit, etiam tempus ad solveadum datum attenditur. fol. 1126. & seqq.

Tomo 6.

Juramentum non potest in criminalibus, sicut in civilibus, remitti testi. fol. 264. n. 285.

Juramentum Calumniæ.

Tomo 5.

Regulariter hoc juramentum post litem contestatam exigitur. fol. 266. n. 450.

Calumnia hoc juramento cavenda est: malitiosa Judicij susceptio, quam committere videretur, qui dolo malo vel actionem injustam intentat, vel recedè intentate resistit. nu. 452.

Definitur: Juramentum à litigantibus super causa bonâ fide suscepta & deinceps prosequenda, præstandum. fol. 267. n. 453. & 454. ubi specificatur objectum Juramenti, & n. 455. declaratur illius differentia à Juramento malitiæ, & veritatis, quæ amen hodie parùm attenditur.

Juramentum hoc, quod Judex ex officio exigit, à partibus remitti non potest. n. 457. Non est tamen de substantia processûs. n. 458.

Non solum in prima, sed etiam in secunda instantia præstandum f. 268. n. 459. etiâ à substituto procuratore, etiam si principalis id jam præstitisset. n. 460.

Clerici, si agant per Procuratorem aut Syndicum, iste tenetur præstare hoc juramentum. Imò, si in causis civilibus ipsi Clerici litigant, coguntur etiam hoc juramentum præstare: nec in his causis (sicut in criminalibus) opus habent licentiâ Prælati, saltem si coram Ecclesiastico litigent, qui eos cogere potest. fol. 268. n. 461.

Parentibus & patronis licet regulariter juramentum hoc remittatur, si tamen parens v.g. desert filio Juramentum decisorium, non remittitur Juramentum calumniæ. n. 463.

Dominus feudi directus & vasallus non tenentur præstare juramentum calumniæ. fol. 269. n. 465.

Quando à Procuratoribus Principum exigitur Juramentum calumniæ, non in animam Principis, sed suam jurant. n. 466.

In Causis Criminalibus tam ab actore quàm reo præstandum est. n. 467.

Actor recusans hoc juramentum, presumitur de jure improbus litigator, & actione institutâ cadit, ac à Judicio repellitur. Reus recusans habetur pro confessio. fol. 269. n. 468. Licet tamen, ante sententiam purgare contumaciam. nec contumacia noceret heredibus. eod. Sed hæc non procedunt in causis Spiritualibus, & Criminalibus, quando requiruntur probationes evidentes. eod.

Ut Procurator juret in animam Principalis, requiritur speciale mandatum. Praxis tamen habet, quòd non sit necesse inseri mandato specialiter causam, sed sufficiat generaliter mandari ut juret, si opus sit. fol. 270. n. 472. Administratores bonorum jurant in animam suam. nu. 473. Et Jure Canonico Procuratores universim n. 474. & hoc Jus observatur in Camera. n. 474.

An hoc Juramentum sit præstandum in Summarijs, consuetudo consulenda est. n. 478.

Qui

Qui vovisset nunquam jurare, adhuc tamen hoc juramentum recte præstaret. n. 479.

Juramentum Purgationis.

Tomo 6.

Juramento Purgationis locus non est, si ad sint indicia sufficientia ad torturam, nec persona privilegiata. fol. 286. num. 380. Est tamen locus in delictis non merentibus penam corporalem. n. 381. Item quando in gravibus delictis indicia non sunt sufficientia ad torturam. n. 381.

Reus recusans juramentum purgationis, offerens se ad probationem innocentie, est audiendus. nu. 382.

Admissus ad juramentum purgationis, non potest ab adversario exigere juramentum Calumnie. n. 383.

Prælitio juramento Reus est definitivè absolvendus, etiam quoad expensas. n. 384.

Jurisdicchio.

Tomo 7.

Jurisdictionis Jus semper est etiam Jus Proprietatis, sed non e contra. f. 75. n. 44. Est autem præcipuè & strictius sumpta: Potestas seu Jus obligandi alios per suas Leges ad Actiones, ad quas expedit Subditos esse obligatos. f. 76. n. 45.

Non derivatur à Jure & Ditione, nec legendum Jurisdicchio, à Jure dicendo. f. 2. n. 1.

Jurisdicchio sumitur in Jure aliquando pro ipso Jure, seu Jure necessitate. n. 2.

Tomo 5.

Defendi potest definitio Jurisdictionis latius sumpta, quod sit: Potestas de publico introducta, cum necessitate Jure dicendi, & æquitatis statuenda. f. 2. n. 3. Melius forè definitur: Potestas seu Jus in Superioritate fundatum, exercendi actum ad quem se munus Superioris extendit circa subditum, quoad illius rectam gubernationem. f. 3. n. 10.

Jurisdicchio considerata ut forma denominans Judicem, est publica de causis cognoscendi & judicandi potestas. fol. 4. nu. 12. ubi plures definitiones idem significantes referuntur.

Jurisdictionis potestas formaliter tendit ad actus, quos Minister efficere potest vi potestatis acceptæ ad regendum & gubernandum, in quo differt à Potestate Ordinis, ad quam validè exercendam non est opus potestate regendi & gubernandi sibi concessa. f. 4. n. 13. & seq. ubi exempla.

Jurisdicchio dividitur in Simplicem & Imperium. Et hoc iterum in Merum & Mixtum. f. 5. nu. 16. Dicitur men inter Jurisdictionem simplicem & Imperium, non rectè constituitur in hoc, quod Imperium in Coercitione consistat, Jurisdicchio in cognitione causarum sine coercitione. f. 5. nu. 17. Errant, qui non agnoscunt Jurisdictionem Simpli-

I.

cem, contradistinctam ab Imperio, n. 19. & f. 6. n. 20. Imperium est, quod Nobili Judicis Officio exercetur. n. 23. Jurisdicchio Simplex, quæ Mercenario Judicis officio exercetur. n. 24.

Olim habens Jurisdictionem simplicem, poterat constituere Pedancum, quod hodie non est in usu. f. 7. n. 26.

Restitutio in Integrum, & Tutorum datio, ad Imperium spectant; Restitutio possessionis ex Interdictis hodie ad simplicem Jurisdictionem. f. 8. n. 25.

Hodiernis Moribus in Germania simplex Jurisdicchio sine Imperio non reperitur. f. eod. nu. 30.

Mixtum & Merum Imperium in eo differunt primò & essentialiter, quod Imperium merum in suis proprijs Actibus respiciat primatò bonum publicum, & solum per consequentiam bonum privatum. E contra Imperium mixtum primariò bonum privatorum, & per consequentiam bonum publicum. f. 9. n. 33. Unde utriusque definitio facile constituitur: & n. 35. Referuntur Gradus Meri Imperij, & actus eo pertinentes. Deinde nu. 38. referuntur Gradus Meri Imperij.

Princeps concedens alicui omnem Jurisdictionem Civilem & Criminalem, non censetur concessisse hoc ipso ea quæ ad primum gradum Meri & Mixti Imperij spectant. f. 10. n. 39.

Jurisdicchio acquiritur, quando vel lege vel Principis placito alicui tribuitur: vel acquirendo Magistratum seu officium publicum in aliqua communitate, cui Jurisdicchio annexa est. f. eod. n. 41. Acquiritur etiam Præscriptione, adversus privatum spatio longi temporis cum titulo: adversus Principem verò sine titulo non nisi tempore immemoriali, cum titulo Centum annorum spatio. n. 42. vel secundum quosdam spatio 40. annorum. f. 11. n. 43. An tantum cumulativè, vel etiam privativè, pender ex modo possidendi. nu. 44. In Principe requiritur Scientia & Patientia. n. 54.

Jurisdicchio per abdicationem officij, tunc primum amittitur, quando abdicatio acceptatur. f. 11. n. 48.

Jurisdicchio semel jure quaesita, non potest Superiorè validè ad libitum revocari, nisi ex legitima causa. f. 11. n. 49.

Quando alicui datur in Officio Successor, debet Decessor Officio suo fungi usque ad adventum Successoris. Si Decessor ignoravit adventum Successoris, & aliquem actum exercuit, valet Actus. eod.

Quando alicui ob denegatam justitiam Jurisdicchio admittitur, non censetur (nisi ex primario) nisi ad illum Actum adempta. Amittitur etiam per abusum, sed non nisi per Sententiam condemnatoriam. f. eod. n. 50. Et etiam per non usum ex negligentia in præjudicium tertij frequentiore. num. 51.

De Juris-

I.

De Jurisdictionis Prorogatione, vide, *Prorogatio Jurisdictionis*.

Turbatus ab alio in quasi possessione Jurisdictionis, uti potest Interdicto utili *ut possidetis*. f. 20. n. 87. Et si vi dejectus, etiam Interdicto *Vnde vi*.

Affirmans sibi competere Jurisdictionem, habet Confessoriam, negans Negatoriam Actionem. f. eod. n. 89. Quando debetur ex aliquo contractu, habet Actionem ex tali contractu descendentem. n. eod. Potest etiam pœnalijudicio tueri violatam Jurisdictionem. n. 90.

Jurisdicchio Ordinaria, & Delegata.

Jurisdicchio Ordinaria est, quam quis ex munere suo ad hoc instituto, & suo nomine exercet. f. 21. n. 91. Dividitur in Contentiosam & Voluntariam. n. 92.

Jurisdicchio Delegata est Potestas, quæ non ex proprio munere, sed ex commissione mediata vel immediata alterius, id ex proprio munere habentis, Jurisdictionem exercere potest. eod.

Regula cognoscendi Jurisdictionem Ordinariam est, quod illa sit Ordinaria, quam constituit Lex, Consuetudo, aut Princeps, committendo negotiorum universitatem, & nullam clausulam apponendo, quæ monet accipientem, ut non auctoritate propria, sed Principis conferentis procedat. f. 22. n. 95. In dubio præsumitur data Ordinaria. eod. Unde Episcopius non potest conferre Jurisdictionem ordinariam, nisi Vicario generali, non item Vicarijs foraneis, seu Camerarijs, qui habent tantum delegatam. n. 96.

Habens Jurisdictionem Ordinariam, potest eam alteri delegare. Habens Delegatam regulariter non potest subdelegare. f. 23. n. 98.

Delegatus à Suprema Potestate potest subdelegare, nisi industria personæ electa esset. fol. 23. n. 99. Si Princeps mandavit, ut personaliter negotium exequatur, potest adhuc subdelegare de consensu Partium, nisi mandaverit fieri inquisitionem, vel provideri Ecclesijs de Prælati alijsque Ministris. n. 100. Non censetur electa industria personæ, si mandaretur provisio faciendæ certe personæ. n. 101.

Subdelegatus à Delegato Supremi Principis non potest iterum subdelegare. f. 24. n. 102.

Delegatus à non Supremo, ad universitatem causarum, potest subdelegare solum ad certam aliquam causam. f. eod. n. 103.

Delegans potest suum subditum cogere ad acceptandam delegationem, non tamen non subditum. f. 24. n. 105. Delegatus Summi Principis quavis possit cogere subditum delegantis ad acceptandam subdelegationem, non debet tamen sine urgente causa subdelegare Superioribus in dignitate constitutis. n. 106.

Christ. Haam. Reperi.

Quas causas inferiores Magistratus delegare possunt, consuetudo est attendenda. Jure Canonico possunt omnes causas mixti & meri Imperij ad se spectantes, non item Jure Casareo, sed eas solum quæ Judicibus ordinarijs Civitatum competunt. f. 24. n. 107.

Jurisdicchio Ordinaria non vicaria, non expirat morte concedentis Principis, etiam si adhuc integrè, neque, si ex alio capite concedens amittit Jurisdictionem. f. 25. n. 108.

Jurisdicchio delegata expirat in delegato re adhuc integrè morte delegantis, aut quocunque modo amittente Jurisdictionem. Quando res desit esse integrè, non expirat. n. 109. ubi casus. Desinit res esse integrè per citationem, & hoc utroque jure. n. 110. Sufficit autem, esse egressam, etiam si non pervenerit ad citandum. n. 111.

Delegatus si subdelegavit, nec aliquid ultra actum est, res adhuc est integrè, quia subdelegatio non est actus Judicialis. Quodsi quis ex speciali commissione subdelegasset, non expiraret morte subdelegantis, quia censetur subdelegatus accipere Jurisdictionem à primo delegante. f. 26. nu. 112.

Jurisdicchio delegata ad universitatem causarum expirat morte delegantis, re integrè. Neque in hoc æquiparatur Ordinaria. f. eod. nu. 113. Per Excommunicationem aut Suspensionem delegantis, solum suspenditur quoad non capta. nu. 114. Jurisdicchio delegata per legem stabilem manet etiam re integrè. n. 115.

Ordinarius re etiam non integrè potest revocare delegationem, & etiam alteri delegare. fol. 26. n. 116.

Delegatus à Pontifice potest subdelegare non solum totam causam, sed etiam partem. Jure Civili tota causa subdeleganda est. eod.

Quando Delegatus totam causam subdelegavit, re non integrè non potest subdelegationem revocare: moriente subdelegato penitus expirat Jurisdicchio subdelegantis. f. 26. n. 117.

Delegatus cum clausula: *apell. rem.* si subdeleget, potest à subdelegato appellari, ita tamen, ut si tota causa fuit subdelegata, ad Papam, sin pars, vel cum restrictione, appellandum ad subdelegantem. f. 27. n. 118. Et neutra pars potest subdelegatum recusare, nisi probatà causâ recusationis, & appellandum ad subdelegantem. n. 119. Si post appellationem subdelegans cogeret subdelegatum exequi sententiam, ab hoc gravamine appellandum ad Papam cum effectu devolutivo. num. 120.

Ordinarius potest solo verbo citare & obligare ad comparandum, Delegatus debet citationi inferere tenorem delegationis, aut alio modo certiorum reddere de delegatione, alioquin processus est nullus. f. 27. n. 121.

R

Delegatus,